

I T A L U S
A D
FEBRONIUM J. C. CLAR.
DE STATU ECCLESIAE
EDITIO ALTERA

*NOVIS CURIS ELABORATA, CORRECTIOR,
ET ADAUCTA.*



L U C Æ M D C C L X X .

P U B L I C A F A C U L T A T E .

PROSTANT VENALES VENETIIS

A P U D S I M O N E M O c c h i .



BENEVOLO LECTORI AMICUS ITALI.

III

REM Italis pergratam, Theologicorumque Tentaminum Auctori summoere proficuam, ne dicam plane necessariam, me fecisse firmissime teneo; dum Epistolas, quas Italus ad Justinum Febronium J. C., de Statu Ecclesiae direxit, publico prælo committere satago. Quandoquidem cum jam ille, & compleverit, typisque Dissertationes ad Loca Theologica spectantes destinaverit; ubi de Ecclesia, & Romano Pontifice satis prolixo Tractatus, juxta fidem, sententiasque potissimas adlaborati, locum habent; Febronius mox e Borealibus etumpens plagiis, Italicasque Regiones scriptis suis pervadens, nostra Systemata suis novis, ac plane precariis hypothesisibus, terreno, quaternoque prælo, trans, citraque montes editis, subverttere ausus est, atque divexare, cum magna fidei Orthodoxæ, ac Religionis jactura. Hinc alterutrum sane contingere necessario debebat, aut impugnationem a Transmontano intentatam subferti; vel S. Sedis Causam pro viribus jam antea peroratam, collectis iterum animis tueri. Si silentium fuisset electum, incassum hac in parte Tentamina sua Theologica, donec Febronianus Liber inultus excurseret, rediissent. Si vero hoc aggrezzo, eversatoque, sententia Italica novis vallis muniretur, Causa sua fortior ac antea, atque munitor revixisset. Mea itaque peractum est insinuations, ut opus istud pro privatâ Amici mei Minerva, rurales inter solitudines adlaboratum, lucem publicam acquireret, & Supplementi ad instar, tentaminum Theologicorum volumen primum comitaretur; eorumdemque vices suppleret in omib[us] illis, quæ ibi pro eorum brevitate desiderari poterant. Facile fuisset, non diffideor, passim in hoc Volumine obiecta Febroniana inserere, eaque viritatem concutere, atque profigare; at Febronii Liber, qui in inventis felicioem, ac Vesputius Americus, aut Columbus se jactat, paucis refelli non patiebatur. Hinc cum Amicis, ad direclam Adversarii impugnationem devenire consultum fuit; & obstacula, si quæ sunt, plane de medio tollere, atque eversare. Restat nunc ut aliqua de Cl. Febronio dicamus, ne Epistolæ nostræ ad invidiam inique traducantur.

Non enim inconsulta præsidentia Italum nostrum ad hanc spartham ornandam peetraxit; sed summi Adversarii supercilium in Italicas, erga S. Sedem Romanam sententias, calamus suum irritavit. Tot enim, ac tanta Vir iste suis in Libris de hoc argumento coacervavit, ac si ex illis, e fastigio Catholica fides delapsa fuisset; & universa Italia sub altis ignorantia, ac malitia tenebris infusa jaceret. Hinc nemo conqueri poterit, si animi pro Italorum tutela adversus Febronium excitati sunt, siquidem indu-

MONITUM I.

Epistolarum Elenchum in sequenti prospectu habes, ut unico intuitu prænoscas, quæ fusim pertractantur. Potiora tantum, & genericā tibi heic indicantur; verumtamen cæteris, quæ necessaria judicabuntur, non defraudaberis. Cave, ne in vestibulo tantum detinearis, si de his judicium rectum ferre peroptas. Intima prius pervade, & omnia collustra, & solertissime perpende, antequam sententiam tuam explices.

PISTOLARUM PROSPECTUS.

EPISTOLA I. Pag. 1.

Summarium.

Consilium Febronii de Reuniendis Dissidentibus in Religione Christiana commendabile, media vero iniqua; Præiverat Dupinius, sed utробique exitu contrario; uti Maimburgo exprobrat Cardinalis Sfondratus. Arrogantia Epistolæ nuncupatorie inaudita; ejus enim allocutio ad Papam, ad Episcopos, ad Reges, ad Theologos, & J. C. Auctorem suum intollerabilis supercilii accusat, & eque retunditur. Italica ingenia ab Exteris Christianam Religionem discere non indigent. Methodus ipsa in impugnatione prescribitur, quam sibi met Adversarius in suis Tractatibus prefixit.

EPISTOLA II. Pag. 6.

Summarium.

Modus Febronianæ aggressionis specie novus, substantia obsoletus. S. Ireneus potiorem Romanæ Sedis Principalitatem docuit. Quid hæc importet. Editores Operum bujus Sancti illam defendunt. Catholici eam fatentur. Schismatics, & Hæretici non dissentunt. Comitia Gallianæ An. 1650. oppositam doctrinam damnant. Eamdem Episcopi in Epistola ad Innocentium X. ob Jansenii damnationem reprobant. Sed occasione Regalæ ea in quatuor Propositionibus An. 1682. reviviscens ab Innocentio XI. & Alexandro VII. iterum configitur. Ludovicus XIV. illam supprimit, & ab ea

Episcopi delinquentes iterum se revocant. Appellantes a Bulla Unigenitus easdem Propositiones readsumunt; & in pacis & unitatis iacturam omnia redeunt. Adnotatur Bossueti sententia in Comitiis generalibus An. 1682.; sed eam Palindris subsecuta quoque est. Hinc securius ejusdem opus postbumum Defensio Declarat. Conventus Cleri Gallic. an. 1682. inscriprium; & jure merito carpitur, & observationibus subjicitur. Cæteri Febronii Coriphæ digaz animalvercuntur.

EPISTOLA III. Pag. 25.

Summarium.

Auctor in nonnullis circa Scriptura, & Traditionis intelligentiam cum Febrino consentit. Sensus varijs a textu D. Matthei c. 16. 18. Tu es Petrus &c. per Febronium extorti Hereticis faverunt. Vera ejusdem loci significatio profertur. Insignis in illum locum Cardinalis Petri Commentarius. Primatus solius directoris inibi ab Adversario recognitus, ad Primatum Jurisdictionis, observationibus Bachinii, & D. Hieronymi elevatur. Maimburgus hac in re Dupinio, & Febronio tolerabilius. Patres ab Adversario in suas partes detorti, ad genuinum sensum restituuntur. Liturgia Ecclesiastica in festis D. Petri Causæ nostræ faverunt. Bini SS. Augustini, & Leonis testimoniis archius Adversarius perstringitur. Communitas Potestatis Clavium a Febronio Apostolis omibus facta, ex SS. Cypriano, Augustino, & Optato subordinatur.

AD CLARISSIMUM VIRUM JUSTINUM FEBRONIUM J. C.

E P I S T O L A I.

S U M M A R I U M .

Consilium Febronii de Reuniendis Dissidentibus in Religione Christiana commendabile , media vero iniqua . Praverat Dupinus , sed utrobique exitu contrario , uti Maimburgo exprobrat Cardinalis Sondratus . Arrogantia Epistole nuncupatorie inaudita ; Ejus enim allocutio ad Papam , ad Episcopos , ad Reges , ad Theologos , & ad Jurisconsultos Auctorem suum intollerabilis supercilii accusat ; & aequa retunditur . Italicæ ingenia ab Exteris Christianam Religionem discere non indigent . Methodus ipsa in impugnatione prescribitur , quam fibinet Adversarius in suis Tractatibus praefixit .

L.


Gnotus tibi nomine , & persona , Nationeque extraneus ad te venio epistolari Commerceo , Febroni Cl. ut obsequium , & exultationem , quibus erga te summopere affectus sum , tibi testor ; atque una simul tibi , & tuis admirationem patefaciam , qua in tuis scriptis legendis , & expendendis supra modum corripior ; sive propositum tuum dimetiar , sive media , quibus perfungeris , observem ; sive multi jugam eruditione in tuam contemplar ; siquidem omnia sunt particulari animadversione dignissima . Nihilo secius a te enixe veniam precor , & ex animo obtestor ; si tibi , qua in eis desiderantur , ingenue adaperiam . Non est dubitandum , quin scopus tuus fuerit , ut universæ Nationes ideas tuas percipient , & adoptent : hac de re scripsisti ; hac de re typis evulgasti , & data opera latino Idiomate usus es ; ut omnes itidem Nationes asserta tua legere valeant , & in propositum tuum , si fieri posset , unanimiter descenderent . Hoc aperte significasti ad calcem Appendix tuæ lecundæ his verbis : *Scripsit Febronius , non pro*

Ecclesia Germanica , sed pro omnibus Ecclesiis . Si ita est ; pro certo habeto non omnes Ecclesias , tuis scriptis fore nomen suum daturas ; nisi forte ut ea damnent , & diris devoveant . Nullus dubito , quin immensi labores tui fuerint in compilandis , quæ exponere intendebas , & ad tuum Systema conflandum erant necessaria . Djudicabunt interea Doctiores Viri , an congeries tuæ opes minervæ eruditioris dici debeant , vel rudis , indigestaque moles ; ac interim satis tibi sit de rebus tuis Italorum Judicium ; videlicet : Propositum tuarum probationes , ratiocinio solido , evidenti , constanti , & geometrico carere . Idcirco , nil , parumve tibi proderunt libri tui , dummodo potiori criterio in feligendis argumentis non utaris , & meliori ratiocinio in operis textura . Tua tamen moderatione ego gloriabor , si me patienter sustuleris , quoadusque mea dubia tibi representavero ; & pares vices mihi reddideris honesto calamo , & castigata oratione ; si quidquam repetere malueris . Jam bene agnoscis , dissidium nostrum non circa Causam privatam versari , quæ in opinando nos dividat ; sed est cœla communis , cuius partes , cum uterque nostrum defendere conetur , lcommatibus , & convitiis nos ambo parcere debemus . Ego revera univeriam tuam molem in singulis suis periodis non aggredior ; Tantum enim otii mihi non suppetit , qui ad alias Provincias curritandas directus sum . Satis enim mihi est potiora tua fundamenta considerare , an nutent , vel firma sint ; quo ad ea præterim argumenta , quæ alibi exponere curavi , & pro viribus defendere iactegi . Cetera tua asserta adoptent , vel rejiciant alii , parum mihi interest . Certus tamen sum , nullius amplius ulius libros tuos futuros fore relate ad intentum tuum ; si mihi concelleris , quod negare non poteris , & a te argumentis meis extorquere confido . Non sileo tamen , me a te mitiora non exspe-

A

Cla-